endo consequentes sub eisdem terminis semper peremptorijs ma-
infirmitate pro Maiestate Sua Regia intermine absentia legationis intra vel extra
Regnum Servitio Militari ad Monimenta ad Liventem vel alijs quibus-
vis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietatio-
nem vero proximis terminis officij praefati Castrensis Premisliensis
Dillationem sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationis ac earum
prosequutionis faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplica-
tis Evasionibus suspensionibus fatalijs Juris praescriptionis terrestribus libe-
rationibusque et alijs omnibus Juris remedijs et defensionibus non subterfugiendo Hac
sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Picek et Bieniakowski Roborant

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosi Samuel Picek ab una et Samuel Bienia-
kowski parte ex altera sani mentibus et corporibus existentes Terrestribus Districtus
Juribus Jurisdictionibusque suis ordinarijs proprijs et competentibus recedendo prae-
senti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad Actum hunc at-
tinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie sub-
mittendo atque subijciendo palam publice libere ac per expressum recognovit
Uterque quilibet illorum earum pro interesse recognovit. Quia prius ac suos
Successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis
habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris utriusque
Partis inscribunt et obligant praesentibus Inscriptionibus inter se Recon-
gnoscentes rationes quarumvis summae et de ulteriori in eadem Inscriptione
contentorum de Actu et Data eiusdem Inscriptionis Feria quarta post Domi-
nicam Invocavit Quadragesimalem proxima Anno praesenti proxima Anno prae-
senti confectam manibus proprijs Recognoscentium subscriptam et Sigillis illo-
rum roboratam communitam. In omnibus et singulis Inscriptionis praefatae et Inscri-
ptionis praesentis Roborationis Conditionibus punctis clausulis articulis
modis ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere com-
plere exequi ac inviolabiliter observare eidemque Inscriptioni et omnibus
illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere
Inscriptionem praedictam ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem
praesentem ad praefatam Inscriptionem vicissim in toto referendo. Sub
vadio Quadringentorum et Quinquaginta Florenorum pecuniae polonicalis
per Partem Parti cum Successoribus utriusque Partis ob non completionem con-
tinentiae Inscriptionis praefatae et Inscriptionis eius Roborationis omnium et singu-

lorum

lorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum
succumbendo ac pro re aliqua principali expressius non completa com-
plendisque praemissis citata ex nunc pars una praemissa non tenens aut eius Suc-
cessores ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum
ad officium praedictum Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc successive ea
semper quo ad respondendum opus mediante semper in primo cita-
tionis termino tanquam in peremptorio stare Juri parere Respondere vadi-
um praedictum luere Juri expressionis satisfacere ac omni Judicatum parere debe-
bit ac tenebitur ergo ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem
terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem
Causae terminos semper peremptorios vera infirmitate pro Maiestate Sua Regia
interminitate absentia legationis intra vel extra Regnum Servitio Mi-
litari ad Monimenta ad Liventem vel alijs quibusvis Dillationibus
et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem vero pro-
ximis Terminis officij praefati Castrensis Premisliensis Dillationem si-
bi non recipiendo nullasque motiones Appellationes ac earum prosequutio-
nes faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Eva-
sionibus suspensionibus fatalijs Juris praescriptione terrestribus libe-
rationibusque et alijs omnibus Juris remedijs et defensionibus non subterfugiendo
nec quovis alio modo evadendo. His suis praesentibus personalibus
Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Ortowski Ustrzickim Coniugib. Cedit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capi-
tanealibus Premisliensibus Nobilis Michael Ortowski sanus mente et corpore exi-
stens a Terrestribus Districtus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et com-
petentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Pre-
misliensi quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis genera-
liter omnibus totaliter et plenarie submittendo atque subijciendo palam
publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et inte-
gra summa videlicet de Recognitione Certa Chirographica seu manuali
de Actu et Data ipsius Sub Premislia Feria Sexta post Festum Sanctae
Agnethis Virginis proxima in Anno Millesimo Septingentesimo Vigesimo pri-
mo per Nobilem Georgium Ustrzycki Paternum primarium et originaliter in-
ventionem et manus Nobilium Demetrij Ustrzycki fratris ipsius germani collatio-